resupinato cadavere, cultello acutiore costæ capitulū, à uertebræ corporis sinu uenit separandum, & deinde ligamentis sensim diuisus, à transuersis quoq; uertebrarum processibus costæ sunt adimendæ, obiterq; emundatae in cacabum mittendæ. Crura ad eum modum, quo manus aggreffus es, attractab;is, femur uniuersum carnis emundans, mox & tibiam, & pedem uniuersum. Quia tamen genu nudas, ex tendinibus anteriorē genu sedem occupantibus, patellam execab;is, & in cacabum nō secus ac femur cōcījōs ilico, atq; id à coxēdīs osse tibiaq; liberaeris, & cartilagine reueceris, quæ tibie ossis sinus femoris capita excipientes augent, quippe & illas non inopportune chartæ agglutinabis, ac deinceps tibie os, unā cum fibula & pede, cacabo indes. Id ubi in utroque crure præstium erit, & ossa facri ossis lateribus coarcitata aliquantulum repurgata fuerint, cartilaginea ligamenta uertebrarum corpora intercedentia ad amnissim ueniunt execanda, & chartæ feriatum accommodanda. Ligamentis igitur, quæ uertebrarū corporibus in superficie obducuntur, acutiori cultro ademptis, inter ossa facri summum & cartilagineum ligamentum, os sacrum ac infimum lumborum uertebram interueniens, seccio-nem tentabis, quæ ligamentum id, seu cartilaginem, ut Galeno usum fuit, ab osse sacro diuidat. Rursus inter infimum lumborum uertebræ corpus, & elatiorem dicta super cartilagineis regionem, tandem dices sectionem, hacq; ratione integrum auferes cartilaginem, quam ubi chartæ impoferis, sequentes tantisper excides, dum ad secundam usque ceruicis uertebram deuen-tum erit. Quia itaque uiginti tres cartilaginea ligamenta ue cartilaginea ad hunc modum chartæ applicaueris, dorsum in tres quatuor ve partes caute & leniter disiungendum uenit, ne im-petu id tentans, casu aliquem uertebræ procellum confringas. Quare etiam caudum est, ne primam uertebram à capite negligenter liberare studeas. Licebit enim cum capite ceruicis uertebras cacabo imponere, ut & thoracis uertebras cum lumborum uertebris, modò illas à fa-cro osse prius disiunxeris. Os sacrum autem, unā cum ossibus ipsi commissis (quæ ilium, co-xendicis & pubis ossa constitutæ) nihil prohibet cacabo indere, quum scilicet ilium ossa ad-huc cruda à facro diffundatur & ardue separaretur, & pubis ossium cartilago etiam tunc uitetur: quam alias integrâ aſterebitis, si pubis ossa non dirempta cacabo inieceris. Ossibus adhunc modum cacabo immifflis, aqua in uiuerius implebitur, ut ossibus ale in aquam subfidentibus, nulla ossis pars emineat. Hoc enim imprimitis toto coctionis tempore obſeruandum est, ne os aliquod aqua non negatur, multoq; magis, ne id ex cacabo prominentis fumum excipiat, cuius etiam occasione grandem cacabum esse conuenit. Vniuersa coctioni nullum peculiare ad-hibetur artificium, sed, ut in ceteris elixationibus, ſpuma fedulō auferenda est, quo ius clariss reddas, ipsaq; ossa minus fordia extrahabas. Pari etiam ratione pinguedo omnis (quæ plurima supernatura fordet) eti haurienda, ac in uas aliquod vel uulgi nomine reponenda, quod illi in obli-terandis cicatricibus, & neruis tendinibusq; producendis multum tribuit. Coctioni nullum tempus preuentur, quum id ex etatum ratione pluriūm variet. Duabus enim aut tribus ho-ris plusquam fatis sit, puerulorum ossa coquuntur præcipue, quum in illis studendum sit, ne inter mundandum ossa, appendices decadant: quarum coalitus in proœctioris aetatis homini-bus uix unquam, quantumuis coixeris, difſoluitur. Is itaque coctionis scopus est, ut ossa cultu-rum beneficio, uti inter eundem fit, apte mundari queant. Ut autem id facias opportunius, pe-detentim nonnulla ossa inter elixandum forpic eximes, eaq; ſolus purgabis: nifi fortassis flui-dosus adit ſodalitis, qui unā manus operi adhibeat. Summopere enim caudum est, ne im-pe-rioris aliquis oſſum ſuperclila, proceſsus, capita & ſinus radendo uitier, aut alicunde cartilagi-nem lauen, & crux modo oſſibus obductâ imprudens auferat. haec nanq; quum carnem, li-gumenta, tendines & membranas ossa ambientes adimis, præcipue ſeruanda uenit. Negue-ro officium id hac duntaxat ratione inepto alicui, & Anatomes parum studioſo minus comi-tiuelim, uerum ut, quoniam unumquodq; os priuatum purgas, ſinus ipius & capita, & pouillimū ligamentorum nataram, & tendinum in fertionem, mulculorumq; exortum accurate contem-pleris. Non enim facil dixerim, quantum cognitionis partium eo opere tibi paraturus sis. Quando igitur hunc in modum feriatum ossa ex bulliente iure extrahi, ac mundata terra, aut ſportule alicui imponis, non admodum anxie expedito, quod nam os prius tibi occurrat. Summam tamen manum cum cubiti oſſibus extrahens fedulō obſeruabis, ne uiolentius brachiale à cubiti oſſibus ſeuungas, ſed cultro articuli ligamenta ſenſim diuidens, brachiale à cubi-ti oſſibus accuratè liberas. Idem facito in poſtbrachialis oſſium à brachiali ſeparatione. Id enim caueri uelim, ne brachialis ossa in uicem dirimas, unde eti illico arque id integrum à cubito, & poſtbrachialis primo oſſe, & poſtbrachialis diſiunxeris, obiter duntaxat tendines ligamentaq; ipsi obnata diuelles, id ſtudens, ne ossa in interna exteraq; ipſorum ſuperficie penitus ligamentis emundentur, ut ligamentorū beneficio brachialis ossa in uicem hæret. Brachiali enim ita igni-

O adhi-

adhibito ligamenta sensim resicata, ipsius ossa firmiter continent, leviorique negoio in ossium connexu brachiale, cubiti & polibrachialis ossibus comittitur: nisi forte in iungendis ossibus per ritior, brachialis ossa mutuo dirimere, ac ligamentis emundare, postmodumque tenies filis inuicem committere audeas, aut etiam disiuncta affluere uelis. Mox ubi brachiale in eum modum igni apposueris, chartam assimes, cui postbrachialis & digitorum ossa, non prætermis sciamini ossibus, exacte emun data imponas: quo minus haec illi chartae inuoluta, neque alterius manus ossibus confusa, in committendis ossibus negocium augent. Conduxerit igitur, manuum per dumque ossa separatum in quatuor chartas recludere. Prusquam tamen huius illius manus, aut pedis ossa chartae implicatas, ante semper in dagandum est, num aliquod os non mundatum super sit, ne quum putamina & ius abiciendum curas, una aliquot ossa officiater simul auferenda porrigan, et si forte ungue affluere uisum fit, illum dum pedis manuumque digitorum ossa expurgas, aquelles. Non minus enim humanos ungues, quam avium & quadrupedum ungues, a pedibus calenti aquæ impositis, elixatione recedere conspicimus. Porro quum ulnam & radium emundas, cartilago non negligetur, quæ a radio profecta, magna ex parte ulnam à brachiali dirimit. Haec namque ab ulna liberabit, ut radio adhuc connata, in ossium connexu, nur fus ulnam & brachiale intercedat. Quinierat quando caput purgas, accuratisimè caueto, ne membranam, quæ auditus organi foramen succingit euellens, oscula illa negligenter eximas, quæ eius organi confractiōnem subintrant, quippe illa styllo quopiam in foramen mislo, sunt studiose euellenda, & pariter excutenda. Haec oscula ad reliquā ossium colligationem, aliquò recondes, & uertebres omnī postremē iure eximes, quemadmodū & facrum os: nisi forte post aliquam elixationem, coccyx os à sacro liberare lubeat, quod scilicet huic oscula, ab car tilaginea ligamenta, quæ ipsa connectunt, si diutius coquantur, ab inuicem seiuungi soleant. Sit a men coccygis ossis præcindendi gratia, ossa excremeris, id denū cocabo est immittendum, coccyxque os priuatum in chartam reponendum, aut in sportulam coniudendum, in quam minuta locabis oscula: cuiusmodi dentes sunt, si forte iplorum aliquis exciderit, aut aliqua ossis portio oscitante effracta fuerit. Verum ut pubis ossium cartilaginem ferues, priusquam ilium ossa à sacro liberas, pubis ossa anteriori posteriorique fide leuite fuit emundanda, ac deinde inuicem solis manus seiuengenda, ut ipsa intercedens cartilago ab altero ossi abcedat, uniq; dun taxat commissa maneat, leui negoio postmodum in ossium connexu, cum altero pubis ossi iungenda. Ossa hac ratione purgata denū numerabis, non quidem manuum & pedū ossa, quæ iam scorum chartis prius inuoluisti, uerum recensib; caluariae partem, quam serra à reliquo capite admisisti: in qua confiderabis, num portiunculae temporum ossium, que in ista sequane uerticis ossibus applicantur, atque serra à extera temporum portione austeri solent, ex elixatione deciderint, non forte illas cum ossium spolijs auti ure reiencia cures. Solent enim facile à verticis ossibus decidere, si calu ferræ scitio multum supra auren ducta fuerit. Deinde num dens aliquis ex superiori in inferiori ue maxilla exciderit, perpende, & uigintiquatuor uertebrae totidemque costas enumerabis, duas claviculas, duas fcupulas, duos humeros, duas ulnas, & radios duos, sacrum os, à quo iam antea coccyx os ademptum est, duas grandia ossa facri ossis lateribus nixa, membra duo, tibiae ossa duo, & fibulas duas, item patellas similiter duas. Atque ubi omnia enumeraueris, magnopere cōdixerit, ossa denū mundaræ & bullienti aquæ indire, ac mox exempta scorum alpero rudiq; linteo abstergere, & si quæ ligamentorum, aut membranarum, aut muculorum insertionis exortus sint reliqua, eas deficare abstergere cōuenit, studio interim adhibito, ne lubrica, & crux modo ossibus adhibita cartilago simul auferatur. Inter ea uero dum haec in orbem igni apposita leuite desiccatur, aurium cartilaginiæ cute detegentur, chartæ cum reliquis cartilaginibus applicandæ. Idem quoque in palpebrarum & narium cartilaginibus molendum est, ac deinceps acutis cultellis os v referens, à musculis ipsi cōmissis, quām licebit exactissimè crudum emundabis. Purgato illo offe, laryngis cartilaginiæ similiter crudas accuratè carnibus membranisq; liberabis, simul cum una atq; altera a speræ arteriæ truci cartilagine, C; imagini cōparat, lani pectoris os, ipsiç cōnexas cartilaginiæ fedulo emundabis, quod eo minus prompte perficeris, quo id pluribus obduciatur membranis, pingueq; est, & interim coquendus nequit, uenit, uixq; calente aqua aspergandū. Quum uero cartilaginiæ carne spolia, caendum est, ne membranam cartilaginibus proximè obducam, illiq; corresponden tem auferas, que quid os ambit, *περιστορα* Græcis uocatur. Quippe hac membrana à cartilagi nibus discreta, illæ infirmis pectoris ossi cōmittuntur, & contractæ breues intortæ eudat. Et quo minus cartilaginiæ haec contrahantur, pectoris os ad ignem non est exiccamendum, sed ali cubi tantisper, dum ossa necesse proposueris, in loco non nimis humido reponendum, ne rur sus cartilaginiæ plus æquo flaccidæcāt, ac postea deformem thoracis ossium fabricam cōstituant.

Quan-

Quandoquidem nihil prorsus est, quod æquæ elegantem sceleri struem uitiat, atq; pectoris os^{um} cum cartilagibus, si modo illæ negligenter obseruentur, & non iam compactis ossibus potius, quam antea, excicari permittatur. Reliquas autem cartilaginiæ charte adhibitas, licet igni non nihil admoerue, at ita, ne nimium concellantur: quum latius sit, & has quoq; post compactionem fiscari, lam integrum tibi eft ossa & cartilaginiæ ad eum quem mox dicam modum contexere, aut difoluta alferuare: quod longè etiam præstiterit, si modo aut cōnexis, aut difolitus carentum effet. Ossa namq; difuncta, & in oblongam arcam feratim posita, quoq; tempore seorsum confici, ac omnia ad ossium cognitionem spectat, edocere poſſunt, que autem ereta cōmiftaq; sunt, finis, capit, & ossium non admodum accurate cōmonstrant, fed ut uerē dicam, ad ostentationem potius quam ad disciplinam conducunt. Quanquam ruris ad diſciplinam illa ossa accommodatissima sunt, quæ subducunt ex Italicis monumentis, penus modo (ut hic ferè omnia) extructis, & sub impluio aliquo, aut aliquoq; aeris ita expolitis, ut haec pluiale aqua quandoq; excipiat. Præter id nang quod monumeta eiusmodi humida sunt, etiam aqua subinde accedit, cuius beneficio omnia quæ ossibus adnascitur promptissimè marcescunt, adeò ut illa ossa poſt aliquot annos exempta, & obiter abluta, sint integrissima, nihilq; modo in ossibus speciandis commonstant, si in arcam feratim circa connexum reponantur, ad coniungendum enim prorsus sunt inutilia, cū propter egregiam duritatem, tum propter deperditas costarū rotiusq; corporis cartilaginiæ, que si forte reperiuntur, ob putredinem sunt friabiles, & undicab; ab ossibus libera. Ruris ad hunc usum sunt inutilia, quæ è terra apud alias nationes effodiuntur, & cumulatim in cemeterijs alferuuntur. Præter hoc enim, quod illa carie ob terræ facitatem afficitur, omnia eiusdem hominis ossa nonquam uelut in dictis nuper monumentis reperiuntur, uel Parisijs etiam in Innocentij cemeterio. Vbi, si modo alibi, quamplures ossium quæ è terra foduntur, habes aceruos: qui mihi quando primum ossa cum

M A T
T H A B O T E R M I N O,

in omnibus medicinæ partibus insigni medico, & dum uiuā mihi colendo studiorū fodali doctissimo discerem, adeò nobis ubrem suppeditarū copiam, ut longo indeſſoq; spectandi uita edocti, etiam obuincit oculis cum fodalibus interdum deponere auti fuierimus, unius mediae horæ ſpacio nullum os ex tot aceruis porrigit poſſe, quod, cuiusmo di effet, tacu non diuidicaremus. atque id eo nobis faciendum erat studioſius, quo diſcendi cu pidi, magis præceptorū opera, in hac medicina parte deſtituēbam. Porro quod ad coctio rum ossium connexum creationemq; attinet, ea mox poſt emundationem (ne nimium indureſcant) commitenda sunt, nam ſtatim à coctione, ossa lolis ſubulis, quibus ſuppinguntur calcei, citra negotiū perforantur, eincisq; filii murtuō alligantur: quod quicquid prout manum naefus est induitriā, & ea que haſtemis toto libro deſcripsiſimus, minus obauduerit, ſuo marte perficit. Ac primum quidem aliquot paratis ſubulis, aenio filo partim crafhore, partim tenuiore, hilum igni indetur, quo poſtmodū magis ſequax, & quantumvis uariè intortum, minus rumpatur. His addentur due tenacula, ſeu forciſes: unus quidem quo filum intorquebitur, alter autem quo intortum tam abſcapitur. Auficaberis autem ossium colligationem à pedibus, ac primum calcii talum iunges, & deinde de cubiforme os calcii, & cymbæ referes talo, & tria interiora tarſi ossa cymbam referenti, deinde eiſe commites pedi ossa, hisq; feratim digitorū ossa, cum officiis lefam cōparatis, que ideo cautiui & tenuiori ſubula perforabis, quo duriora ſolidioraq; sunt, & ex ſubula impetu prōptius diuifa difſiliunt. Vbi utrumq; pedem iuxeris, tibiae ossis tuber, quod finis femoris capita excipientes dirimir, cultro aliquo oblongo, fed arcto perorandum eſt, quod excipiendo duorū baculo ſufficiat, qui femori etiam intruſus clavi ritu itatibiam femori committat, ut afferes abq; gluine necū cerinimus. Et enim in femoris inferiori ſed aliuſ foramen molendum, illi dī recto confitens, quod in tibia fieri uolebam, ut idem baculus & femori & tibiae indatur, huiusq; ope articulus genu inflexus maneat. Præter hunc baculum tamē, femur tibiae ossi utrumq; crafhori filo committendum eſt, non prætermisſis cartilagibus tibiae ossis finis augmentibus, que quum haec ossa iungentur ſimil cum illis conſtricta, in articulo genu ſeruabitur. Mox fibula tibiae ossi ſuprà infraq; alligabitur, & patella ſimil femori ac tibiae firmabitur. Hoc ubi in utroque crure praefitum erit, faci ossis lateribus ſilium ossa crafhori filo ſunt necēnda, ac deinde pubis ossa interueniente etiam illorum cartilagine iungenda. Nam ad manum erit orbicularis afer, in quem ossa erigentur, conuenit autem huius afferis orbem tantum esse, ut pedes illi eo ſit, quo ſua erigenda ducis, aptè firmari queant. Huius afferis medio foramen in hoc paratur, ut quum ossa in ecreſtam arcam recondes, inferior arcæ fundus axem habeat: que foramina illi indita, orbem conuolui finat. Præter hoc foramen, aliud iuxta orbis circumferentiam aptabitur, in quo lignum firmari queat, quod inſtar teli, aut haſte, aut falciſ (utcumque uifum erit) paratum, ſeleeti manus fulfulcat. Exiſtō

*Quæ offa eſt
diſciplina
uithiflata.*

*Emulda offa
quonodo inca-
genata.*

in hunc modum orbi pedes impones, & astantis alicuius opere super pedes reliqua crurum ossa inniti curabis, ac deinde femorum capit in coxendicu[m] ossium acetabulis indes, ut recte filo aut uirgula interuersu[m] metaris, quod ab orbe ad humilior[em] sedem foraminis pertinet, in a cro[ste] osse dorfas medullae gratia ineu[n]t. Hoc etenim interuallum edocebit, quam menura ferru[m] fabri-
candum sit, quod orbi affixum, & ossis sacri reliquarumque uertebrarum foraminis dorsalem me-
dullam transmittenti inditum, uniuersa ossa pulchre sustinebit. Ferru[m] nanc[er] ita aptandum est,
ut valid[er] orbis medio clavis affigatur, & ab orbe ad infimam usq[ue] nuper dictu[m] foraminis sedem,
teres aut quadratus sit, ab illa autem fede fursum latius quam crassius esse conuenit, ut postmo-
dum ad dorso inflexum obliquari queat, uertebrac[que] ipsi ita adaptentur, ut immota[de] ad id neuti-
quam circumueniantur. Atq[ue] ideo ferrum inibi primu[m] tenitus fieri, ubi sacrum os ne decorum
subfideat, sufficiendum uenit. Nisi enim hoc os firmetur, sustineaturq[ue] uniuersa cum ipso reliqua
vertebrae sensim descendente, temporisq[ue] suuccela sceleri crura turpiter obliquabuntur. Accurate
igitur ab orbe ad sacri ossis foraminis infimam sedem, longitudine metienda uenit. De reliqua au-
tem ferris longitudine non adeo curandum est, quum haec si forte longior sit, post ossium copa-
tionem facile prefcindatur. Et etiam si ossa arce imponenda duxeris, magnopere iuuenter ferrum
plus minus duabus palmis l[ong]ius quam uniuersum sit sceleret, fieri, ut ipsius portio extra uer-
ticem eminens, superioris arce fundi foramen possit indi, in ipsoq[ue] conuolui. Ferro itaq[ue] orbi
perpendiculatum affixo, acutiori cutillo ossis sacri foramen dorfas medullae nomine incisum,
senilium ita exculpes, ut ferrum ipsi commodè intrudi possit. Nam quum hoc foramen natura ar-
ctius sit, & insigniter obliquu[m], nequaquam ferrum admittit, nisi quemadmodum iam diximus,
sic augerat, ut a ferri mucrone os lacrum ad eam usq[ue] ferri sedem protrudere ualeas, quam nō
amplius teretem, quadratum uero faciendam inuenias. & si casu hac seedes os lacrum minus apte
sufficitur uidebitur, operæ premium erit eam ferri sedem lima exasperare, ac deinde nodum illi
ex aeneo filo oboluere, quois os lacrum comodè sustineat. Ossa sacra in hunc modum suffulto,
crassiori filo femoris capita coxendicum acetabulus inneces, diligenter perpendens quantum
hac aut extorsum aut intorsum intorquas, ne forte crura turpiter intorta committas, aut pa-
tellæ, interiora potius crurum, quam anteriora respicit, quod sanè futurū est, nisi ad amissim
capita suis simibus iunxeris. Ut cuncta tamen feceris, in hoc connectu filum prorsus intorquendū
non est, priusquam pedes orbi & tibias eo situ commiseris, qui tibi apparebit eleganter. Hunc
à baculi, quo manus stabilientur forma, positisimum petes : alium quippe situm meliora falx,
alium telum, & alium rufus hasta, aut Neptuni tridens, aut aliud quodvis instrumentu expo-
tit. Modò uertebræ omnes seriatim accommodande sunt, quo cuiusq[ue] situm ordinemq[ue] inuen-
tu non arduum obserueris, hinc nanc[er] uertebrarū forma, & articulationis ratio prompte ostendunt.
Quum primum itaq[ue] ordinatum omnes in mesam reposueris, quinque lumborum uertebras
intuicem duobus nexibus comites, qui in corporum lateribus facti, una cartilagineo ligamen-
tum continant, quod uertebrarum corpora interuenient dictum est, atq[ue] huiusmodi ligamenta
seriatim à charta cui illa applicasti, sunt aliumenda, & semper relicto, quod eas intercedit uerte-
bras, quas intuicem non alligas, quemadmodum in praefectis ligamentis seu cartilago, sacrum
os & infimam lumborum intercedens uertebræ, idq[ue] quod supremam lumborum & infimam
thoracis uertebras interuenit. Iunctis enim lumborum uertebris, sex inferiores thoracis intuicem,
& postmodum sex superiores una cum cervicis humiliori concomitantur. Reliquæ enim cervicis
mutuo nō sunt colligandæ, sed eas interuersis cartilago corpori inferioris uertebræ duntaxat
est glutinatâ, quandoquidem cervicis uertebræ etiam non nexæ, sed ferro tantu[m] induitæ, suâ fer-
uant sedem: nec thoracis uertebrarū modo immota, postmodum costas sustinere debet. Illico
igitur atq[ue] uertebras ad eam, quam præcepit ratione, priusq[ue] ferrum illis traiaciatur comites,
lumborum uertebras ita cōnexas ferro impones, idq[ue] fedulo ad eorum situm in flexum ue obli-
quabis, ac infimam uertebram una cum sacro osse ita comites, ut iam prius lumborum uertebræ mu-
tuò uinxisti. Mox his inferiores thoracis adiungas, perpetuo quam licetit accuratisime ferrū,
uti necessum erit, complices, & infimam thoracis uertebræ supremæ lumborum adnæctens.
His pari modo superiores thoracis uertebræ addentur, & harum in fina supræme carum que
iam ferro apposite fuerât, alligata, latiusculum & longum nigroq[ue] colore intinctum adaptabis
baculum, qui posteriori ferri parti appositus, quam licebit demissæ inter ferrum & uertebras
intruderetur, ut huius baculi beneficio uertebræ ad ferrum firmius contingantur, necq[ue] ulla ratione
uerſatiles sint, ne postmodum uniuersus thorax in hoc illud uelatus turpiter conuolui queat.
Vt autem caluaria ferro applicetur, necesse est uertiç foramine quadam perforari, ad amissim
ferri amplitudini & crassitati correspondente, ne quando ipsi ferrum traiceris, caluaria quauis
occasione quoquoeverum circumueratur, prout enim faciem anteriora exacte aut latera spe-
clare

etare uolueris, foramen id aut transuersim, aut oblique insculpere cultro quopiam oportet, quemadmodum & illic ubi calvaria denuo perforanda est, ut ligulis ea fectio quam ferrai in calvaria molitus es, cōmittatur, & quā usum fuerit, calvaria à ferro adempta, ruris disflosu queat. summopere nang cōducit, interna calvariae amplitudine qua cerebrū cōtinetur intueri, quod ut fiat, utraq̄ calvariae pars tribus foraminibus fibi mutuo correspōndentibus carenti ferro, aut cultri mucrone est perforanda, ac unum quidē foramen opportūne in occipito perficitur, & utraq̄ in temporibus unum. At inferiorem maxillā tēno filo cum superiori cōmitess, nexus suis capitibus in sinus superioris maxillæ factō. Verum quā hic cōnexus nō adeò firmus sit, ut accuratē dentes mutuō applicet, sed inferior maxilla dependeat, elegansq̄ sit, hanc superiori modo iungi, modo disiungi, prater dictū nexum, maxillæ inferioris acuti processus etiā perforandi sunt, & funiculus ipsius illigandus, qui subungalibus trajectus ossibus & uertici incumbens, nunc uersus frontem, nunc uersus occipitum tendi possit, dentesq̄ ita collidi queant. Ut eumq̄ uero sit, potissimum ferri cura esse debet, ne illud ineptū nunc in posteriora nunc in priora obliquatum, corpus indecorē erigat, quō minus autē id fiat, magnopere conduixerit dorſi ductum cognoscere. Porro nunc temporeū erit costas uertebræ & suis cartilaginibus alligare, quod sāne ut ad amissum & sedulō facias, primū omnes dextræ costas à sinistris discernes, coniectura uel à sinu sumpta, quo uena, neruus & arteria costis exporrigitur, deīn à superiori costarum sede, que latior ipsiorū inferiori occurrit. Deinceps in hunc ferē modū ())) costas mensa seriatim impones, ut dextrae sinistri respondent curans. Promptū enim erit singulas suis sedibus ponere, si ea modō memoria non exciderint, que ad internoscendas costas luprā cōmemorauimus. Ex hac costarū serie primā utriusq̄ lateris costam fug cartilagini ad pectoris os adnectes, & deinde fodali pectoris os cum suis cartilaginibus in sua sede tenendī porriges, ac deinceps primas costas primā thoracis uertebræ trauiueris processibus alligabis. Infuper fēcundas costas suæ cōmitess uertebræ, & postmodū ipsarū cartilaginibus, atq̄ ita seriatim omnes: obseruā interī, ut illas costas totuero prouros dchifere finas, que ante fectionem cartilaginibus inuicem diremp̄ta fuerāt. Nunc humeros spīnōris filo scapulis nec̄tes, & deinde tenuiori filo claviculas summis humeris, mox scapulas costis, & claviculas pectoris ossi. Quum tamen humeros scapulas aduincies, expendendū est, quo nam situ manus collocaſas duxeris. Hic enim multū refert, quomodo scapulae fini caput humeri cōmittatur, in quo etiā cōnexu carīlago neutiquam præterunda est, cuius auxilio scapulae sinus interdū adaugetur, atq̄ ita etiā cartilagines maxillarū & clavicularū articulis peculiares nō neglecta suis articulis nec̄tentur. Ceterū cubiti ossa humero uincēdo nō sunt, priusquam extrema manus tota fuerit nixa, radius itaq̄ supra infraq̄ ulnae est colligendus, deinde si brachialis ossa distincta, suisq̄ ligamentis libera sunt, ea inuicem sunt cōmittenda, aliās autē suorum ligamentorū interuentu abundē continentur. Inferiori ipsori fedi primum pollicis os, & quatuor postbrachialis ossa, ac deinde his digitorū ossa, una cum femorinis ossificis adnectes. P ostremō autē brachiale radio iunges, & deinde ulna humero. Argū ubi id in utraq̄ manu præstūti erit, summas manus baculo illi alligabis, quem ualidē orbi infixū in star falcis, aut alter extrenđū dixi. Erēctis nunc ossibus, & ex ossi referenti, & auditus organi officiis, ac aperte arteria, auriumq̄ & palpebrarū cartilaginibus, & ungue cordisq̄ cartilaginibus, monile licebit confingere, his omnibus catenulae, aut exsiccato cruris aut manus neruo adnexis. Hinc liquet, quā leui negotio humani corporis ossa, oppido quām medico exoptāda, parari queant: quo in opere nihil ipso cōnexu, non aggredienti, difficiilius uidelbitur, qui tamē mihi primum experienti fatis pulchre succedit, exemplo ab illis sumpto, quos effractas scutellas & lapides cacabos cōpingere interdū uideram. Coctionis autem rationē, emolliēdī in medicina uis docuerat; Lutetia nāq̄ ob bellū tumultus Louaniū reuersus, atq̄ unā cum G E M M A P H R Y S I O, æquē celebri Medico ac paucissimis conferendo Mathematico, ossium uidendorū nomine ad eum locū quo magna studiorum cōmoditate omnes ultimo affecti supplieō in publica uia rusticis proponi solent, obambulā, in eiusmodi incidi affliccatū cadauer, quale latronis erat, quod Galenus se spectasse commemmorat. Vt enim hoc aues carne liberarāt, ita fanē illud quoq̄ ipsas emundasse coniicio, quā homo ille ante annum stramine duntaxat obuftus, & quasi toftus, paloq̄ alligatus, ita suauē elcam aiubis exhibuerat, ut nuda undiq̄ essent ossa, eaq̄ foli ligamentis horrerēt, muscularum exortibus & infectionibus duntaxat afflueratis, quo in suspēnū nunquam uisu uenit, quum prater oculos (& si uulgus aliter arbitretur) uoloces nihil ob cutis crastitum dilaniēt, ac profindē integrā in his cutē, ossa intus carie afficiuntur, prourosq̄ ad disciplinam sunt inutilia. Affic catum itaq̄ & nulla ex parte humidum fordidū uie corpus intuens, haudquaq̄ imperatam ac subinde expeditā mihi occasiōne pratermissi, quinimō Gemmae beneficio palum cōscendens,

*Liber de Ad
mīnūs illū dī ſerū.*

O 3 femur

ferum à coxendicis ossc diuulsi, trahentiq; mili, unā cum brachis ac manib; scapulae quoq; subsecutae sunt, deerat tamen alterius manus digit; & patella utraq; unā cum pede altero. Quia itaq; crura & brachia (relicto cū totius corporis trunc; capite) clam repetitis uicibus domum deuulserunt, ut thoracē qui catena alte firmabatur nancisceret, extra ciuitatē me ueper excludi passus sum: tantoq; obtinendorum ossium desiderio & studio ardebam, ut media nocte in illa corporum multitudine quod expetebā diuellere nō horruerim, haud medio crī labore ac industrīa, sine arbitris, palum cōscendens. Verū detracit offa procul illinc deferens, in secretori loco condidi, fructatimq; altera die per alia ciuitatis portā domū detuli. Porro quī ligamenta relinque cōspissim, nihil ob egregiā eorum duricē promoui, ac illa seruēt aqua emollire coactus sum: utq; uoti compos redderer, omnia offa tandem tacite ita cosi, illisq; emulatis illud fcedeton extruxi, quod Louani apud longe amicissimum mihi G I S B E R T V M C A R B O N E M, insignē uario disciplinarū generē instructū medicū, meumq; à puerō ftdiorū commilitonē affluerat. Atq; id fcedeton adē p̄rāp̄rē parauit, & manū ac pedem, duasq; patellas nō minorū labore & industria aliunde conquisiuit, ut omnibus proualerim id m̄ Lutetia aduectū, quo omniū subreptorū ossium suspicitionē delerem, quamvis eius urbis Praetor postmodum adē medicinae candidatorū studijs fuit, ut quodius corpus à se impetrari gaudeat: ac ipse nō uulgariter Anatomes cognitione afficeretur, mihiq; illic Anatomen administranti fcedulū astaret. Quum igitur primum tentantibus nobis adē prompte negocū succerit, quid nunc futurū existimandum, poftquam cōponendi quoq; rationē alij descripsimus: & p̄rāte subiungendas nunc tabulas, in plurimijs Academijs, uel nostra opera, fcedeta uisuntur. Verū non hominis solū offa, sed, uel Galeni nomine, finis & canum, ac Aristotelis etiam gratia auium pīfētiū & repulū inuenientia connexa, aut faltem difūncta apud medicinæ & naturalis philosophie studiolum esse oportet. Niſi forte hanc philosophiā partē ad nos nihil pertinere arbitremur, fatisq; esse nobis periuadeamus, si nostris syrups, citra Anatomen imponere mortibus, & loculos opplere possumus.

DE OSSIVM NVMERO. CAP. LX.




A R V M dubito plerosq; aliebū me ossium quoq; numerū defideratos: quibus nullum aliud consiliū dari uelim, quām, ut ex singulis huicis libri Capitibus illū petant, prolixius enim eset, hic omnia recēlere. Quāuis ne tantum laboris tuber fugiū uidetur, non enumeratis appendicibus, & ossibus ita ut in proiectioris etatis hominibus s̄e habent, cōstitutis, ad hunc modum ea recenferre nihil impedier. Calcariae offa uiginti sunt, octo quidem capitis, & maxilla superioris duodecim: ita tamen, ut iugala priuatim nō enumererentur, quum quorundam illorum uiginti ossium partes seu fedes tantū sint, propriaq; circūscriptione deficituantur, aut dūti organi offa quatuor sunt, duo scilicet ad singulas aures, dentes sunt triginta duo, maxilla inferioris os unicum, offis & referentis officula sunt ferē undecim. Vertebræ uiginti quatuor, facris offis offa sex, coccygis autem quatuor, costae uiginti quatuor. Peccoris offis tria numero uimus offa, alij autē leptena recenfentur, fed hac enumeratione tria rāntum fint: & alia ex two arbitrat, quot uilum tibi fuerit. Scapulae duae: rotidem claviculae, & humeri duo, ulnae dua, radij duo, brachialis offa fcedet, utriusq; scilicet manus octo, octo item postbrachialis offa, in utroq; manu quatuor, digitorum offa triginta: utriusq; manus nimirū quindecim, femina officula in singulis manibus ut minimū sunt duodecim, ac proinde iam uiginti quatuor illa in manibus recenfamus. Offa sacri offis lateribus commissa, duo, femora duo, duob; tibiarū offa, fibulae dua, duob; patellæ, duæ calcæ, talii duo, na uicularia offa duo, tarsi offa octo, in utroq; pede quatuor, decem pedi offa, in utroq; pede quinque, uiginti octo digitorum offa, cuiusq; nimirū pedis quatuor decim, pedis femina officula similiiter atq; in manibus uiginti quatuor, quāuis nonnulla sint prorsus cartilaginea. Ac proinde si hæc offa in unum numerū rejicies, uniuersa erunt (si redē addo) trecenta & quatuor, quibus si peccoris offa quatuor adhuc adiūci uelles, & maxilla inferioris duo offa statueres, essent trecenta & septem. Verū si priuatim omnes appendices (quā offa sunt propria circūscriptio in pueris terminata) enumerare lubeat, facile dictum nuper numerū fmet, ac rursus di mido duplicares, quod uel hinc colliges, si uertebræ, femora, tibiae offa, atque alia que multis appendicibus donantur, in memoriam reuocaueris. Rursus si offa ut in pueris uisuntur subdixeris, Dij boni quantū ossium accrimum cumulabis: quum omnes uertebræ, aut tribus aut duo, bus conſtent offibus: & offa que facro coarctantur, tribus, idq; generis reliqua: adē ut cuiusq; suo arbitratu ossium numerum confingere sit integrum.

H V M A


DE HUMANI CORPORIS FABRICA LIBER I.
163
HUMANI COR-
SIMVL COMPACTO-
EX FACIE EXPRES-

PORIS OSSIVM
RVM ANTERIORI
SIO.




HVMANI COR-
TERIS QVAS SV-
LIBERORVM, SVAQVE
latere delineatio.

PORIS OSSIVM CAE-
STINENT PARTIBVS
SEDE POSITORVM EX



DE HUMANI CORPORIS FABRICA LIBER L.
CORPORIS
POSTERIORI

HUMANI OSSA
FACIE PROPOSITA.



CHARACTERVM, QVI TRIBVS VNIVER-
SVM SCELETON EXPRIMENTIBVS FIGU-
ris adhibentur, Index.

T R I B U S praecedentibus figuris quas integras nuncupare soleo) idem ferè inscri-
buntur characteres, quamquā si quis illarum alii peculiari sunt, sicut ex numero promptè
obseruabit, quem singulis characteribus modò in Indice subiecti, quo perissimè instituti oīsū
nomina simpliciter ascribere: primum ea collocaturus, quibus toto sermonis contextu principiū
utor; dein Græca, mox (si que alia sunt) Latina probatioibus recepta autoribus, id est ita ut
ordo hic unum quād habeat. His succedit Hebreæ, sed & aliqua ex parte adhuc Arabica ex
Hebreo. Autem interprete propemodum omnia, insignis medicis mīhi familiaris amici La-
zari Hebrei de Frigis cum quo in Aūcenna uerfari soleo opera defumpta. Atque illis no-
minibus ideo Latinas literas subtingendas duxi, quod horum pleraque in Arābū libris Latini-
tate donatis occurrant: ac proinde etiā merito post hec locū habebunt alia in Latinis Ara-
bū interpretibus p̄fūm obuiā, simul cum ijs que in scholis sticte (ut dicit gaudet) doctilis, no-
stris etatis manuālum medicorum libris leguntur, non minus sane quam nomina Latinis re-
cepta autoribus scđulo expendenda. Os itaque Græcis nominatur ὄστον, Latinis uero os. He-
breis autem ὄστον bezem. Cartilago autem κρύσταλλος, στρατηγός haſſebeuſm. Ceterū osium no-
mina opportune aūſpicabimur a capitis ossibus seu calvaria, que Græcis dicitur λευκὴ λίχνη,
λέυκη, λαβάδια, στρατηγός. Calvaria, cerebrū, galea, atque ita nonnulli totam capitis osium, idem uocant
cerebrū amplexantem, οὐδὲ ὅστεis efformatam, aliqui uero cam dunt, atque crinibus or-
natūr, cuius círculus στρατηγός τε στρατηγός nuncupatur πεποντὸν τε καὶ βαμοα. πεποντὸν che-
derath bamooah, theba & olla capitis, testa capitis, & scutella capitis, gōan.
Suturae, quibus capitis ossa inuicem committuntur, generatim uocantur φαρά, στενή ſclauim.
Jenae, direzzan, adren, compla.

- A 2,3** Sutura coronalis, ἀφανίζεται, bachelij, ἀνταντα, chafchibij, arcualis, futurae puppis.
B 2,3 Græcorū maiusculis & referēs futura, λευκὴ λαβάδια, οὐδὲ ſimilitudine λευκὴ λα-
dj, laude, hypſili, futura prore.
C 3 Sagittalis futura, λαβάδια, ſabatādū. Inſtar teli, uero, aut utrūq; & ſecundūm capitis longitudinem
prorepens futura, κρύσταλλος, στρατηγός, ſefidj, nerualis, id est potiſum ubi hec coronali commit-
titur: qui locis etiam zedueb, id est imprimis Mefiae uocatur.
D 2,3 Hec compago uerae futurae inuicem non exprimens cum ſua coīngē uocatur, futurae ſquama-
rum modo inuicem cōmīſſa, λευκὴ λαβάδια, temporales, ſquame formes, πεποντὸν chelaphijm.
corticales, mendosae. Relique autem calvariae futurae proprīis deſtituntur nominibus, cuius-
modi uero illa ſunt, non eſt quod hic prolificus denū repetam.
E 2,3 Hoc ſunt aū cum juo coniuge, uerticis ossa uocatur, item δέδημα, ιοροφές, ſunt quibus ſyncipi-
tis ossa nuncupantur. πεποντὸν τε bezem bachelodoch, nerualia, paria, arcuaria: quamquā alia ita
tuzaalia nuncupent ossa, parietalia, quo nomine nonnullis temporum ossa dicuntur, ossa rationis,
ſeu cogitationis.
F 1,2,3 Frontis os, περιστο, quibusdam ſincipitis, πεποντὸν τε bezem bamezzzech, coronale, os puppis ca-
pitis, os inuerſecundum, os ſenſus communis.
G 2,3 Occipitis ſeu occipitij os, πεποντὸν τε bezem hahoreph. laude os, pyxis os, os proræ, os memo-
riæ. Sunt qui & baſillare (quod magnam capitis portionem cōſtituit) nuncupent, etiamſi id no-
men cuncti formi ossi priuatim inditum ſuerit.
H 2,3 Id os cum ſuo pari, temporum ossa, κρύσταλλο, λαβάδιa, λευκὴ λαβάδιa, aliqui etiam λαβάδi, lapidei,
lapidoi, πεποντὸν bachelodum, πεποντὸν τε bezem hahoreph. aurū: etiamſi id nomē duo
bus ſpecifici accommodari poſte auditus organi constructionem ingredientibus, & in ſcanno
cui ſecondū figura cubitū inuititur, q̄i τε exprefſis. Quandoquidem q̄ ſpecificum not at inuidi
aut molari denti aſſimilatum, & uero id quod malleolo aut femoris ossa comparamus. Quam itaq;
ea ſpecifica prīſis Anatomie profeſſoribus fuerint incognita, non mirum eſt illa etiā nominibus
deſtitui. Ceterū temporū ossa quibusdam tympanū, mendosae, parietalia, durra, armalia dicitur.
I 2 In temporis ſpecifici ſtyle acuſ uo imaginem referens, ſenſus, ιοροφές, ιοροφές, ιοροφές, ιοροφές,
calcar capititis, πεποντὸν τε chemo marberz, os calaminium ſtigiteale, clauale, acuale.

§ 1,2,3

- tus, dictum est apud Galenos interdum regnante, et usitate, Anchora formis, C littera refe-
res processus. ἡγαντοντις hanc bacata cepha. Oculus scapulae, quo etiam nomine scapula fissa nuncupatur.
S 1, 2, 3 Humerus, seu brachij os, βραχίων. Brachii sunt quibus ulna vocatur. ἡγαντοντις chane hazeroba,
wy hazard. Parvum brachium, adiutorium brachij, canna brachij, aseth.*

*T, V 1, 2, 3 Totum sedis, cubitus nuncupatur. ἡγαντοντις ἀλεπός. Cubitus, ulna, que nomina etiam infe-
riori huius sedis obtribuitur. ἡγαντοντις zandin, γάρ ζεροβα, γέρων, sece hamidum. Ajad,
asfid, ashabad. X 1, 2, 3 Superioris in cubito os, radius nobis appellatus. λαρής γέρων τον τον
hamud haclion. Focile minus brachij, canna, arundo minor brachij.*

*Y 1, 2, 3 Cubitus inferioris os, ulna nobis dicitur, eisdemque cum toto cubito vocibus donatum. παρεπίδημον
γέρων τον τον hamud batachthon. Focile minus brachij, canna, ac arundo maior et inferior brachij.
v. Huins processus in secunda insignitum Graeci nuncupant αλεκανθη, κολεπη, εύσην, Latinorum qui
§. dam Gibber. Additamentum necat. Processus autem est in insignitu, ac stylu referens, εὐσην.
Z, Z 1, 2, 3 Brachiale, γέρων. Palma quibusdam. ἡγαντοντις Rascia, rasceta, asca, osca, osca rasceta.
Γ 1, 2 Postbrachiale, παρεπίδημον, ἀλεπός, γάρ οφελον, πελτης palma, pedius manus, peleth. ἡγαντοντις
μασfrech chapp batad, alselamut. Δ. 1, 2, 3 Digits. ιδεντικοι. παρεπίδημον bezbahoth.
Θ 1, 2, 3 Os sacri ossis lateribus commissa, quorū utringuntur, unde est, in tres veluti sedes (est) continuū fit
o. a distinctionis professoribus distinguita, ac prima quidem in insignitu, silius non nuncupatur. παρεπίδημον
w. ἡγαντοντις hezem bachezel. Albartus, anche, interdu lübar. Secunda sedes mediaq; ac ut in
ginita, coxendicis os nuncupatur. ιριον. γέρων τον τον hezem batarech, coxe os, quibus nominibus
plerisq; totū os etiā vocatur. Albauorat, pixis os, femoris os, sed uide perperam. Tertia se-
des, anterioris, ac in insignita, pubis os vocata est. μερον pectinis. γέρων τον τον gabe bakeraud,
μερον belbaud. Penis pudibundū fenebatrum os, quod etiam os subinde appellatur.
V erū uniuersum os Hebr. est dicitur γέρων τον τον hazamot ghah hauberia.*

*S 1, 2, 3 Codilis pubis os, uerū priuatin carcello hic in signitur, eorum os, ut in unionē interueniens.
Δ 1, 2, 3 Femur, seu femoris os, femen. παρεπίδημον pachad, batarech. Os coxae, coxa, agis, ancax os.
T 1, 2, 3 Exterior femoris processus, qui rotator, et natu ferè nuncupatur, προστομην, γάρ θεον. Milli-
u. granatū testicularis, tharucia, et trachametra maior. Minor uero interior processus, in signitur.
Ξ 1, 2, 3 Patella, πάτελλα, πάτελλον, πάτελλον, γέρων τον τον mola, scutiforme os, genu rotula. παρεπίδημον
γέρων bay ant maghen habaruba. Oculus genu, polus, adacon, risiga, alrisafe, arcisatu.
Π, Σ, Σ 1, 2, 3 Hac pars uniuersa Celso Crus nuncupatur, quād Galeno exēs dicitur, quicquid à coxidicis
os, aplisi uero ingumbus, ad extreum usq; digitoru pedis pertinet, femur numeru, tibia, οπερισ. ipse opere.
Nomina ut a securis pars hac Π Σ intersepta, tibia. λινον, παρεπίδημον quibus nominibus hu-
Φ 1, 2, 3 ius quoq; sedis grandius exterioris, os obuiu est, quod tibia os ferè nuncupamus. παλαιου, et in-
terdum αντονη appellatus, λινον chane bagadol. Focile maius, ac arundo, et canna ma-
υ. ior, seu domesticā cruris. Ceterū extertus gracilisq; os in signitu, ac fibula nobis dictu, appel-
latur μερον, ηδαινην, Sura. γέρων τον τον chane batachat. Focile minus, cāt, et arundo minor curvis.
Φ 1, 2, 3 Malleoli, επον, γέρων, latiorum aut nullius male talli appellatur, παρεπίδημον τον τον
fete chezzawth baboletim miscene bachelin. Clavicule, cauilla, cababin. Ac q; quidem interio-
rem indicat malleolū, ξυτ̄ exterior. Ω 1, 2, 3 Talus, ἀσθητος, ερπη. Latinis Interpretibus quibusdam paru recte malleolus appellatur, fortisq; bux quorundam Anatomicorum sen-
tentia dictu, qui ueroq; q; malleoli, neuro aut genere ταχηq; talus potius significare cōstendunt.
Baltis os, cauilla, chabak, aljochi. παρεπίδημον bachelus, παρεπίδημον haarachom.*

*a 2, 3 Calcis, ηδαινη, λακανθ. Calcis os, γέρων baccheu. Arip, calcar pedis.
b 1, 2 Os cymbalumque referens, σκαπηνον. Nauicula, nauiforme. παρεπίδημον τον τον
bacheue, aut sephchinachotena. c, c 1, 2, 3 Hac pedis pars quatuor efformata ossibus, nobis tar-
sus, ut et Graeci ferè nuncupatur. ἡγαντοντις rasegh. Rasetra pedis, οσα rasetra pedis. Tria autē
d, e, f. interiora d.e. in signita, priuatin ρελακα, quibusdam appellatur. extimū uero ac genotatu, uoca-
g. mus os cubi teſſerantū referens, λακανθ, πανιαρε. Cubiforme, quadratū, γέρων chardji, γέρων
bezem nipirot. Grandinosum, nerdī. b, b 1, 2, 3 ruseua, planta, plumam, ueſtigium et folium,
παρεπίδημον. Pedius, ορ pedien. λινον γρατον masfrech bareghel. Alselamet.*

*i, j 1, 2, 3 Pedis digitu. k 1, 2, 3 Charadere k officula notatū scamina, ονειδιδον. παρεπίδημον bel-
the suminatich. Alsemimenti.*

LIBRI PRIMI FINIS.


ANDREAE VESALII
BRVXELLENsis DE HVMANI CORPO-
RIS FABRICA LIBER SECUNDVS, LIGAMENTIS OMNIBVS,
& Musculis, uoluntarij atque è nostro arbitratu pendentis motus instrumentis
dedicatus, ac propemodum figuræ omnes ipsi proprias, ante Capitum
contextum, uti nunc subiçitur, spectandas offerens.



N P R A E S E N T I S Libri initio proponenda sedecim tabularum series, omnibus ferè Secundi libri Capitibus communis erit, neq; minus in Lætri calce, quam hic modo in fronte collocari potest. Prima enim quatuordecim, integrōs exprimit homines, ac harum ordine prima, anteriorem uiri faciem delineatam continet, secunda latus ostendit. tercia, quarta, quinta, sexta, septima, octaua, anteriorem faciem quoq; proponunt, in hoc illud'ue latus, pro musculo, qui indicantur, natura & situ magis reposant. Sex uero octauam consequentes, posteriore corporis faciem referunt, omnes propemodum ita effigiate, ut quod in priori conspicuum est, in subsequenti re secundum, ab insertione pendeat. Deinde omnes tabule ita inuenient congruent, ut uni quæ anterioren faciem exprimit, alia succedere possit, posteriore exhibens. Integrum namq; erat tertia subiungi nonam, mox quartam, dein decimam, insuper quintam, illi uero undecimam, postmodum sextam, ab hac duodecimam, deinceps septimam, quā sequeretur decimateria, cui rursum succederet octaua, & huic decimam quartam. Unde etiam non inopportune incidit, delineationem ex sententia speciei. Per paucis enim Secundi libri Capitibus peculiare figuræ sum proposituræ, s; nimiv dunt axat, quorum musculi priuatis figuris cōgrue exprimi nequerunt. Dein primi Capitis fronti tabella adhibetur, ligamentorum differentijs ostendendis præcipue apta, & secundi Capitis initio et præponentur figurae, quas muscularum cōpositioni intelligendæ idoneas duxi. Porro non sufficerit in una tabula musculari aliquem intueri, etiam si illum charactere in signuerint, sed ut uideas, ubinam quisq; emeat, alterius succumbat, parsq; tibi est uente inquirendum, & potissimum spectandus, ubi totū se uidentū offert, quod ferè fit, ubi peculiariter unius musculo plures characteres adhibentur, præcū pūe quum extra aliorū ordinē matuisculo charactere, Græcis peculiari inscribatur. Quare etiā quum illi in eas tabulis inspexeris, non præter eas, quin una præcedentem tabulam, et sequentem intueraris, ut discernas, cui is quæ spectas, musculus incumbat, cuiq; subfletatur. At non est, quid prolixius in tabulis exercitrationem præscribit, quum quisq; pro suo pte ingenio et Anato mes peritia scopus, utendiq; modum sibi præfigere queat. Quod uero in integras tabulas musculari effigies ita digessimus, neq; singulis Capitibus singuli articuli cū suis muscularis apparet, sive ea potissimum occasione factū putat, quod illi si priuatum articuli pingerecentur, a nemine nisi Anatomes peritusimo possent distingui. Nunc autem quum omnia coherent, cuius obuiū est, quia sede quisq; muscularis reperiatur, adeo sane, ut prorsus operæ pectum suscit integras ad hunc modum tabulas delineari, quantumuis etiam seorsim articuli sufficiat expressi. Insuper si singulis Capitibus suis muscularis adhibere, uel aliqua ratione utile fore sperarem, non hoc uju studioſi caruissent, quando præter sumptum nullus labor mihi impendendas erat. Et his namq; integris tabulis necessario sculptori, particulis singulis articulos ue seorsim transcendendos dare, non maioris mibi esset operæ, quam ex iam proponendis tabulis, nunc caput, nunc brachium, nunc crux aut thoracē, ut ut uisum esset, absindere, et sculptori offerre. Ad hanc, idem semper labor lectoris in vertendis folijs impendisset, quum eadem pagina & muscularum effigiem, & characterum declaracionem sibi indicem, ac deinde muscularum descriptionem continere nequeat.

P PR

PRIMA
MUSCULO.
RVM TA.
EVLA.



PRIMAE MVSCVLORVM TABVLAE

CHARACTERVM INDEX.

P R A E S E N S tabula anteriorem corporis faciem magna ex parte notans, corpus exprimit, à quo cutis cum adipi carneis membrana, & omnibus in superficie extantibus nervis, uenis & arterijs, si que sunt, resecuti. Hanc tabulam una cum sequenti, characteribus liberam relinguere propositum erat, quo minus illis communacalata spectaretur. Quandoquidem certa ferè prima est, quam ad disciplinam paratuam, præfens namq[ue] ut in eis consequens aliquid oculi subiicit, quod in musculoſis & quadratis, ut sic dicam, hominibus, eruditos pictores, sculptoresq[ue] indies etiam praecipue exprimere obſeruamus. Quia enim membranæ in tertie taurule facie & ceruice uifuntur, & fibrae etiam in myculis ductæ, potius pictorem, ac sculptorem & plasteum (quorum studijs quoq[ue] opitulari uisum est) perturbant. Quanquam his sanè non sat sit, myculos in superficie repositos ad amissim tenere, inò præter obſum accuratissimam cognitionem, summa diligentia cuiusq[ue] myculi munus perspectum ipsis effe debet, quo sciant, quando myculi altius aut breuiorū, aut longiorū, aut protuberanterē magis, aut cōpreſſum depingere debeat, hoc axioma perpetuum ob oculis habentes, myculū, dum os mouet, idq[ue] ut sic dicā ad suū ventrem retrahit, breuiorem, multoq[ue] prominentiorem fieri, & ad ipsius ventris mediū colligē, quum autem ē conuersio myculus os dimittit, ipsiusq[ue] os alio agitur, quām ab eo myculo ducetur, myculi ventrem (cū duntaxat illi artifices animum accommodante) produci ac ſubſidere, minimumq[ue] protuberare. Ceterū quandoquidem hac affatim in myculorum descriptionibus perstringam, characterum præfentis figuræ indicem aggreditur, in quo uix ullum myculum priuatum exprefſurus ſum, sed unicum duntaxat characterē singularis in altero latere adhibens, quos hic obiter ſpectare licet, aſcribam. In facie itaque nullus hic in confſcio eſt myculus, quod illi tenues exaltè & membranæ fūnt, neque etiam obiter adempta cute ſecus, quām in præfentia modo occurrant.

A Glandula quām plurime notātur, que ſub aurium radice, ad posteriorem inferioris maxillae cēdem reponit, cavitatem hic opplenit, tuſe q[ue] uaforum diſtributioni præſertim ſunt. Sunt autem haec quas in pueris humorū influxus cerebri moleſtant, ac que ſtrumis (quas xouq[ue] Græci appellant) ſubinde infenſantur. Hac ſede, qua glandula reponuntur, etiam citra characteris admuniculum, præſertim hic carnis foramen obſeruatū eſt facillimum.

B Simili lateris myculus, ab inferiori maxilla, in os v[er] imaginem referens infertus.

C Myculus à pectoris offe pronatus, ac in os v[er] literæ ſimile cum ſuo coniuge infertionem tentans.

D Myculus gracilimus, à ſuperiori ſcapulæ coſta, in os v[er] referens infertus, ac in quartam myculorum figura, V & V, in quinta autem, R & S notatus. Sedes que utring ad literæ D lateris uifitur, caudæq[ue] eſt, nervos continet ſexti parti nervorum cerebri, interioribus uenis iugularibus, & arterijs ſoporalibus concomitatos.

F Myculus à pectoris offe clauicula, in mamillarem occipitiij ofſis proceſſum, carneia infertione implantatus.

G Portio eſt myculi, ſcapulam mouentium ſecundi, cuius effigiem monachi in ſuis cucullis imitatiſunt. Præfentis myculi altitudine hic eſt confſciuum, quām quod clauiculam, & ſummi humeri ſedem clauicula connexam inferitur, uerū in nona figura totus apparet myculus, Γ & Δ insignitus.

H Sedes hæc iugularē uenas exteriores tranſmitit, quare etiam citra omnem myculi distincſionem, in uitia duntaxat cauſa apparet. Vena autem reſecta, & mucositas quibusdam membranulis ademptis, ille occurrit myculus, quem D insigniti, & etiam unus qui à prima thoraci coſta, in anteriorē tranſuſorum proceſſum ceruicis uertebrarum ſedem infertus, C in octaua myculorum tabula notatur.

I Clauicula anterior ſedes, qua excarnis occurrit.

K Myculus brachium attollens, cuius principium à clauicula, ſummo humero, et ſcapulæ ſpina e[st] nascitur, atq[ue] hic ipſius pars ſpectatur, & clauicula & ſummo humero pronata.

L Myculus brachium pectori adducens.

M Pectoris os excarne apparenſ, nam myculis pectori brachium adducens ad ofſis latus, primū

carneus esse incipit, & quamvis dexter sinistrum uero, & membrana modo tenui exortu contingat, ob hoc tamci in iunctis adhuc hominibus pectoris non proffus occultatur.

N *N* *sub axilla latitat, partem notans musculi brachium deorsum uersus dorsum detrabentis, ac sequenti tabula I indicantur.*

O, O *Hec digitorum imago, musculi aliquot insertiones indicat, qui in octo superiores thoracis costas insertus inspiratione famulatur, atq; in octaua muscularum tabula F & F insignitur.*

P, P *Præfens uero digitorum effigies, exortus esti musculi abdominis oblique descendentes, quem pluribus characteribus hic notare non libuit: quemadmodum neq; recto etiam abdominis musculo notam adhibui, quod prorsus adhuc sub obliquorum nervosis tenetatis, & musculo brachium pectori adducente reconditus sit, utcumq; etiam tubera que secundum abdominis longitudinem per recta confispicis, recti abdominis musculi sint: que quo minus extubarent, obliquorum tendinum tenetatis, non inhibentur: quemadmodum neq; cutis crastines in non admodum obiectis obstat, quo minus eadem spicentur.*

Q *Anterior cubitum flexentium musculus.*

